UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXVI. De officio Sacristæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

in cera erat deſcriptus, in qua pſall tium ordo deſcribi ſolet. Quamvis a putent, ſimplex eſſe vocabulum, n compoſitum, & *cerius* nihil ſignifica ſed tantum eſſe productionem ſive ad tamentum. Deſignati alias hoc nom ne ſolet is, qui in dignitate aliqua e net ſeu primus eſt: unde *Primicerius* n *ſorum*, *Primicerius Fabricæ*, *Primic* *Notariorum* &c.

l. 1. C. De menſorib. lib. 12. & l. 1. C. De fabricenſ.

2. *Quod eſt officium Primicerii*

Præeſſe Diaconis, & cæteris C tum in moribus, tum in officio, ac præcipue in cantu dirigendo, atq ſignando ea, quæ alii carere de Sunt autem illi *Præcentores*, qui p pium faciunt Pſalmodiæ, *Succentores*, Pſalmum Davidis juxta totum Ant næ inchoant, & *Concentores*, qui t Pſalmodiam univerſo Choro abſolvu

c. un. h. t.

De Officio Sacriſtæ.

TIT. XXVI.

1. *Quis dicitur Sacriſta.*

NOmen habet a ſacris, quarum re cuſtodia illi incumbit, alias vo *Theſaurarius*, a theſauri ſacri cuſtodia, *Cuſtos ſacrorum vaſorum.*

l. Sancimus 21. C. De SS. Eccleſ.

2.

2. *Quod igitur ejus officium?*

Præter vaſorum ſacrorum, veſtium conſecratarum, & id genus aliorum ornamentorum cuſtodiam, etiam luminarium in ſacrario præparandorum, thuris incendendi, baptiſterii inſtituendi, & aliorum quorundam cura ei committitur. Eadem ratione dicitur alibi *Cellerarius*, qui in monaſteriis veluti Oeconomi & diſpenſatoris munere fungitur; pro quo tamen aliis legendum videtur *Cellarius.*

c. un. h. t. can. Prælectis §. ad theſaurarium diſt. 25. c. 6. §. 1. in f. de ſtatu Monach.

De Officio Cuſtodis.
TIT. XXVII.

1. *In quo Cuſtos diſtinguitur a Sacriſta?*

QVod Sacriſta eorum cuſtodiam habeat, quæ ad uſum altaris & miniſtrorum Eccleſiæ ſpectant; Cuſtodis cura verſetur in palliis vel linteaminibus altaris & cæteris id genus, quæ ad Eccleſiæ ornatum & decus ſpectant.

2. *Quod ergo officium eſt Cuſtodis?*

Non tantum ornamenta Eccleſiaſtica curare, & cuſtodire ea, quæ ipſi commiſſa ſunt, verum etiam ad Horas Canonicas pulſare, lampades accendere & ex-